

DISSERTATIO ACADEMICA

DE

*ARTIFICIO, QUO IN NUTRIENDO FETU HU-
MANO UTITUR NATURA*

QUAM

VENIA AMPL. FACULT. MED.

Publicæ Censuræ modeſte offerunt

PRÆSES

JACOB SUNDIUS,

Med. Doctor, Medicus Provinc. Nyland.

ET

RESPONDENS

JOH. PETR. GRANBERG,

Stipendiarius Haartmanianus,

Nylandus.

In Auditorio Medico die IV April MDCCXII.

h. a. m. f.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

Indociles currit lymph'a vias.

PROPERTIUS.



INTROITUS.

Ut de viis ad conficiendam alimoniam hominis, dum in matricis officina formatur, habeatur experientia veri, candida opus est serie artis. At quamquam Anatomia, easdem studio consecutura, nuperiore illo lucis, ut appellari amat, sæculo successus prosperos investigationi huic præbuit; tamen notio earum expedita non sine multa expositionum collatione animique conatu evolvitur. Quod igitur circa scatebras nutrimina homini nascendo adducentes, & organa, quibus, ut ista excipiatur, is instruitur, nobis jam probabilius exstat, in brevem dicendorum summam redactum voluimus. Si vero ORDO Illustris, cuius judicio suscepimus nostrum permittimus, dignum illud ac utile consuerit; ut in aliis incommodis executionem ejus circumvenientibus spatiū ad libandos fructus, arvis litterarum extrariis proximo hoc tempore natos, minus opportunum benigne consideretur, fore speramus.

§. I.

Turgor ille vitalis systematis uterini secundati, vi cuius tubæ Fallopianæ moventur, ut a vesicula Graafiana quadam, vel, si plures proles simul procudentur, pluribus, quasi maturatis nuncque dehiscentibus, rudimentum ovi humani forbe-

A. ant,

ant, & intus irriguæ in cavum uteri ducant, ipsum quoque uterum aptum reddit, ut ovum foveat, atque homuli in eo confectionem procuret; quatenus parenchyma visceris hujus compactum expanditur, & præsertim in fundo, ovulum plerumque suscipiente, mollescens crassescit, ac vasis ejus, quæ aucta liquorum copia intenduntur, spatium intus extraque liberius nec non additamenta accidunt, cavum autem uterinum, sponte ampliatum, excludante lympha, in membranam, quam cel. HUNTER *Caducam vel Deciduam* nominavit, solidescente convestitur. Sangvinea uteri vala numero permagno, cursu in anfractus singulariter contorto, & dispositione longe plurimum mira in primis graviditatis tempore exstant. Arterias trunci duo communicativi ad latera, anastomoses breves ac amplæ aliorum in speciem reticulatam conjungunt. Venæ, valvulis orbæ, sicuti arteriæ, in trunco duos communicativos cœunt; alias vero anastomoses non habent. Utræque, at venæ præsertim, & quidem potissimum in viciniis placentæ, cui non secus ac deciduae membranæ universæ ramos immergunt, amplitudine crescunt, prout grava matrix augetur. Vasa lymphatica innumera, tandem largissima (a), & alicubi in varices quasi distenta, in utero prægnante emicant. Compluria ex facie ejus interna, hanque tegente caduca membranæ, insigniter autem ex placenta, in trunco constiuant, quorum aliquot in glandulas lymphaticas vaginæ decurrunt, plerique plexus id generis glandularum iliacos, sacrales, lumbares petunt. Adhæc Sinus, in cursu graviditatis sensim capaciores facti, & ad

(a) In the gravid uteri the trunks of the hypogastric absorbents are as large, as a goose-quill, and the vessels themselves so numerous, that when the only were injected with quicksilver, one would have been most tempted to suppose, that the uterus consisted of absorbents only. Anatomy of The Absorbing Vessels of the human body by W. CRAIKSHANK. The Second Edit. London 1790. pag. 156.

ad finem tendente per ampli, sed inconstantes vel dubii, ma-
xime in fundo uteri notantur. Cel. ALEX. MONRO, senior (b)
eos sicuti cava membranacea mutuo communicantia, compluscu-
lis arteriis, ramos laterales in cellulas ipsorum immittentibus
referta, atque præter magnos canales educentes venis bibulis
expedita, definivit, seque in pluribus feminis menstruorum
tempore mortuis eosdem sanguine tumidos post BARTHOLINUM
pluries comperisse tradidit. At cel. W. HUNTER (c) illos
pro meritis dilatationibus venosis habuit, & impositum sinuum
titulum confusionem multam Scriptoribus attulisse putavit. Li-
quores uterini ventrem ferentis extinctæ albido succo potius,
quam purpureo latice, constant (d). Nervuli numerosissimi,
turgoris communis, ut videtur, participes, in gravido utero
evolvuntur.

§. II.

*Membrana decidua uteri humani (e) ante adventum ovuli
adornata stratis duobus constat, quorum matrici proximum,*

A 2 for a

- b) The Works of ALEX. MONRO, Published by His Son ALEX. MONRO. Edinburgh 1781. pag. 374.

c) An Anatomical Description of The Human Gravid Uterus and Its Contents, By the Late WILLIAM HUNTER. London 1794. pag. 18.

d) As often as I have taken the egg from the Uterus of animals, which have died at different periods of pregnancy, I always found in the uterus a liquor resembling milk, rarely blood. A System of Anatomy, and Physiology; from the Latest and Best Authors Arranged by the Prof. of Anat. in the Univ. of Edinburgh. 1787. Vol. III. pag. 47.

e) Curatiorem membranæ hujus notitiam, quam HUNTERO debemus, (vide l. c. pag. 54 sqq. & 79 sqq.) I. BURNS (The Anatomy of the Gravid Uterus. Glasgow 1799 pag. 200 sqq.) eximie complevit.

foraminibus tribus, nimis pro ostiis tubarum & cervicis uterinæ interno notatum, stamina vasis similia permulta ab ute-
ro efflorescentia cum interjacente gelatina constituunt; alterum,
ostia occludens, speciem strictiorem membranæ ac fibras reti-
culatas habet. Ovulum tuba delatum straturam hanc inte-
gram sibi in velamentum prætendit, ideoque membranas deci-
duas duas, alteram privævam exteriorem, HUNTERO *Veram*
dictam, alteram ab illa germinantem, interiorem, *Reflexam*
HUNTERI, induit. Post ingressum ovulum bina tabulata de-
ciduæ veræ coalefcunt, & quod antea pervium erat, tubarum
orificia obturat, ad cervicem uteri vero in materia eam op-
plente evanescit. *Membrana Decidua Vera* versus uterum aspera
& corallina, ad ovum barbata vel fimbriata appetet. Primo
admodum crassa est, neque ante mensem lunarem a concepcione
sextum, utut ad ambitum increscens, rarer evadit; sed
exinde attenuatur, eoque naturam commutat, ut strata ejus
cum utero ac ovo firmius, quam inter se cohærent. Placen-
tæ nidum subornat. In substantiam suam de cetero vasa multa,
etiam sanguinea, at subtilia & mollissima, ab utero distri-
buuntur. Pars autem placentæ vicina tam crasitudine, quam
numero ac largitate vasculorum præpollet; cervici uterinæ
propinqua, nisi placenta ei insideat, tenuior est, & vasis rubris
caret. *Membrana Decidua Reflexa*, in principiis sat crassa, pro
incremento ovi extenuari mox incipit, & mense quarto, quo
ineunte veram ipsam adurget, jam exilis reperitur. Attamen
in finem gestationis perdurat. Facies ejus exterior barbata
est; interior punctis semitendinosis permultis, procul dubio
ex flocculis extimæ tunicae propriæ ovi maculatur, cum qua
tam arcte conjungitur, ut medio graviditatis tempore ab illa
tanquam non ægre separari poscit, & postea nudis oculis vix
ceani. Ultimis mentibus fila tenuia, pellucida, speciem vase-
rum lymphaticorum præ se ferentia, ad deciduam veram ramo-
sa, huic & ovo, teste HUNTERO, interserit.

§. III.

Suntque ovo humano tunice^e, propriæ præter vesiculam umbilicalem duæ, exterior Chorion, interior Amnios, quæ liquoribus scatentes, principio inter se admodum distant, quasi ovulum esset in ovo. *Chorion* primo tenue, firmius, clarissimum, dein crassius, laxius, tandem vix non opacum & flavidum evadit. Inter initia facies ejus externa flocculis nodosis fruticantibus, etiam frondibus distis, quaquaversus obfessa est, quorum densius agmen cum villis reflexæ præjacentibus in membrana decidua vera pro conformatione placentæ radices agit, ceteri barbatam reflexæ speciem ad tempus augent, verum spatio hebdomadum aliquot, & quidem primum in facie ovi inferiore, evanescunt. Vasorum chorii natura cursusque, quantumvis substantia ejus sit telæ cellulosa analoga, explicatus difficiles habent. Commenta pristina de vasculis chorii in uterum defixis (*f*) notitia rectior membranæ deciduae delet. Dubium respectum sententia eki A. CHR. REUSS (*g*) sibi vindicat, qui se in ovis præmature ejectis atque in secundinis termino naturali enixis vidisse asseruit, vasa chorii ex funiculo umbilicali truncis majoribus, laxiore tela cellulosa obditis, proficiisci, qui autem progressu tenuiores, nodulisque, & prope hos valvulis instructi, multitudinem ramulorum cum chorio fungoso (decidua) firmiter cohærentium reddunt. Vascula non colorata de reti surculosa vasorum umbilicalium in placenta chorion habet. Et filamenta ista vasis ejusmodi comparia, quæ membranæ deciduae & chorio internata HUNTER com-

f) Vide Elementa Physiologie corporis humani Auctore V. HALLERI, Lib. XXIX Sect. III. p. 186.

g) Nova quædam observationes circa structuram vasorum in placenta humana, & peculiarem hujus cum utero nexum e, tab. æn. Tübing, 1784.

comperit, majoris quoque existimanda videntur. Sed rubris vasis chorion omnino destitutum appareat. *Amnios* in primordiis tenuissima & eo usque translucida est, ut ovulum chorio solo tunc contineri antiquis vilum fuerit. Perluciditatem in terminum partus servat, sed tenuitas ejus in firmitatem continuo majorem, circa medium graviditatis chorion jam vincentem, commutatur. Celeriora incrementa capiens, chorio perpetim proprietor accedit, & liquori ejus spatium jugiter adimit. Sed, præter placentam & umbilicalem funiculum, in quibus ab initio cum chorio coheret, vicinitatem hujus absolutam non attingit; nam hora partus tenue tabulatum substantia gelatinosæ, ex liquore chorii residuum, binas membranas interjacet, quod aëris accesu in speciem telæ cellulosa solidescit, & forma laminarum ab alterutra desquamari non raro potest. De vasis Amnii parum certi habemus, nisi quid inde eluceat, quod aqua calefacta arteriis funiculi umbilicalis intrusa per faciem illius internam, teste cel. MONRO (*h*), etiam guttatum exfudaverit. Rubra vero vasa, quamquam in amnio brutorum ultimis mensibus ventrem ferentium adsint, natura tunica huic apud hominem vix destinavit; ipse enim ramus, quem semper observandus HALLER (*i*) ex umbilicali arteria in Amnion exorrectum semel vidit, denique in placentam tendebit. Cum plures fetus utero simul geruntur, cuique est amnios sua; si minus, facile concrescunt. Membranæ ovi omnes, quo recentior fetus est, molem ejus amplitudine & liquorum, quos continent, copia eo magis superant.

§. IV.

Placenta uteri, cuivis humano fetui una, conclave va-
forum

h) L. c. p. 393.

i) L. c. p. 191.

orum de matrice ac ovo conspirantium est. Eo nimurum, quod fruticetum chorii eminens præ loco quodam uteri turgescens, rarius, cui prægnatione proxime anteacta, eodem, tamen plerumque in fundo, membranæ deciduae veræ ope villorum intermediorum reflexæ affigitur, commenio cito provocatur, intimum ovuli, ut auctoritati maternæ respondeat, movens. Latices utriusque partis confinium mutuum sensim moluntur, & vis major ab utero, turgore vitali adjuta, adunantem membranam primævam in cellulas pro tributo in ovum conferendo diducit, quas ramuli vasorum ex genio ovi pullulantium aucupantur, chorio insuper expanso in debitam explicacionem pro iis attingendis obligati. Hujusmodi legibus succrescens placenta binis partibus commixta, altera uterina, altera ovi, vel, ut ajunt, fetali, consistit. Pars uterina, tactui mollis & spongiosa, congeriem staminum vel procesuum innumerabilem cum cellulis intermixtis prodit. In illa, æque ac in utero, vasa multa pergrandia existant. Arteriosa aliquantum contorta sunt, cetera frequenter collidunt, & surculos non paucos in decidua extra placentam habent. Utraque ad cellulas abrupte vel ramis modo brevibus biare, HUNTER docuit, opinionem habens, quod provectione uteri arteriæ sanguinem maternum lacunis placentæ ingerant, venæ ex iisdem reducant. Necdum pro rato habemus, utrum latex purpureus ipse, an modo partes ejus serofæ vel lymphaticæ cellulis committantur. Res quoque ardua erit discrimina vasorum in parte uterina placentæ, nec non in ipso utero gravido, æque determinata, ac in reliquo corpore, monstrare. Sed copiam vasorum lymphaticorum, qua uterus luxuriat, immensam consideranti dubitare vix licet, quominus compluria vasa ab illo in placentam exorrecta nomine eodem salutari debeant. Placentæ pars fetalis, si, maceratione præmissa, ab altera caute separetur, ramulis vasorum umbilicalium minutissimis, qui alias tela celuloosa in fasciculos devincti sunt, in fruticis formam divisis,

Iudens apparet. Arteriolæ venulis numero respondent, & oscula continuo tramite jungunt. Illæ, ut trunci in funiculo, nodulos pasim habent, & cursu venulas aliquantum circumvolvunt. Ex utraque parte placentæ lympha paululum albida, præfertim tempore graviditatis medio exprimi potest; estque ea tam in cellulis, quam in vasis uterinis placentæ, atque in utero ipso prægnante visa. At vero succi placentæ non per vasa absoluta ab altera parte in alteram transmigrant; nam pericula injectionum iterata comprobarunt, quam cunque materiam, etiam si per vasa uteri in cellulas usque, & per umbilicalia in partem fetalem placentæ facilime intrudi posse, nonnisi mediante ruptura cellularum vel exsudatione ex alterutra parte in alteram transfundi. (k). (l) Sin autem recentiore memoria nuntiata hypothesis, quod villi alterni, exhalantes & absorbentes, limites maternæ infantilisque placentæ

k) Experimenta citrum COWPER, VIEUSSENS, NORTWYK, plur. quantillam fidem habeant, cel. MONRO, sen. illustravit, l.c. pag. 380 sqq.

l) Adhæc opinionem pristinam de commercio sanguinis inter matrem fetumque directo variae rationes impugnant: Liquoris vitalis in feta obscurior rubedo, admisiæ aeris incuriosa, difficilior coagulatio, verbo, minor quoad elementa in universum perfectio, quam in adulto homine: calor proprius fetus temperatura matris inferior: profusiva sanguinis materni a laesis majoribus vasis fetum non exhaustientibus, ac vice versa &c. Experimentum autem concinnum citemus: Fetum matarum, a partu ob osflaginem fontis pulsantis laborioso forcipis obstetriciæ ope extractum, enixus placentæ tam promte subsequebatur, ut funiculus umbilicalis antea deligari & abscondi non potuerit. Recens infans in alveo positus est, placenta in patinam adflantem aqua tepefacta impletam missa. Tum pulsus arteriarum umbilicalium in facie utraque placentæ per duodecim, in funiculo per quinque & viginti horæ minuta tactu & visu sentiebantur; sed ne minima quidem sanguinis portiuncula, ut aquam coloraret, ex uterina placentæ profluxit. Annalen der Entbindungs-Lehranstalt auf der universitet zu Göttingen, vom Jahre 1800 &c. von Dr. F. B. OSLANDER. I B. I und 2 St. 1801, VII.

centæ constituant (*m*) fallat; ad simplicem exsudationis viam
refugere opus est. Faciem placentæ utero obversam lamella
deciduæ veræ vasis perforata tegit, primis mensibus per-
densa & tenax, dein, nisi errante natura spissescat, quod in
speciem ossificationis interdum evenit, adeo dissoluta, ut ad
partum in duas partes separetur, quarum alia placentæ, quasi
huic gelatina rubra illita esset, adhæret, alia in utero rema-
net, cum lochiis abitura. Estque convexa hæc facies non-
numquam veris lobis, semper sulcis & multifariis eminentiis
ornata, quibus uteri locus illa obsecus in speciem tuberosam,
sulcatam, soveis sparsam, partu edito autem in homine rece-
dentem, immergitur. Alteram faciem concavam chorion, &
huic ibi firmiter cohærens amnios conficiunt. Ad marginem
devexum placentæ chorion duplicatum deciduam reflexam ve-
ræ adligat, eodemque loco aliquando grumos sanguinis, sae-
pius vero lympham continens, similitudinem coronidis fulvæ
vel ligamenti oræ huic imponit. Mensibus primis crassitudo
placentæ præ amplitudine, & maxime quidem in parte uterina,
valet; tertio cursu lunari dimidium ovi transversum tor-
ma refert; sensim intenta complanatur; matura, utero nondum
soluta, figuram magis minusve rotundam, diametrum pollicum
circiter octo, & crassitatem, quæ loco, quo funiculus umbili-
calis intrat, infra commenorando eminet, præterpropter du-
orum plerumque habet. S'd, quoniam copia succorum ejus
cum fetu appetente continuo augescit; magis stipata fit, prout
incrementi ratio ejus ad fetum coërcente tegmine intercludi-
tur. Appropinquante partus termino, aliquantula constrictione
ad instantem ab utero decessum paratur. (*n*).
B

§. V.

m) C. SPRENGEL. Institutiones Medicæ. Tom. II. Amstel. 1810. §. 539.

n) I. F. BLUMENBACH. Institutiones Physiologicæ. Gotting. 1798.
§. 597.

§. V.

Embryo humanus, post auspicia nubeculosa in medio ovuli, amnii parti, quæ futuræ placentæ respondet, & superficie aversa chorion mox tangit, primum affixus hæret; exinde versus centrum paulatim recedit, bullulis binis tenui filo suspensis compar. Id filum *Funiculus* ipse *Umbilicalis* est, qui, sesquimente ex conceptione peracto, admodum unciaæ pollicaris longus, arterias atque venam umbilicales, tamquam strias exiles, præter alia interanea infra dicenda cito in se exhibet. Quid? quod sanguinem in illo, antequam cor embryonis appareat, ultro citroque moveri, contenditur. Venam autem prius, quam arterias, præsto esse volunt. Initio percrassus, directus, ac teres magnam abdominis partem in embryone constituit, & intessinis non aliter tenuis ibi circumPLICARI putatur; quoniam septimana gestationis decima iisdem ad speciem herniæ plus minusve inclusus per sepe vilus est. Sed a termino hoc abdomen integumento pleno gaudet, & ille ad formam propriam contortam ac conicam, basi in fetum, apice in placentam verso, componitur. Partium ovi solus in crescendo fetum æqua ratione settatur, hominique, si molem corporis materni respicias, prolixior, quam brutis, circiter uncias inter sedecim & viginti quatuor longus, dimidiam inter & integrum crassus tandem evadit, & faciem placentæ concavam in tres partes æqualiter divisam si animo fingamus, alterutri exteræ harum oblique insertus esse solet. Attamen placentæ, quem ingreditur, locus, non secus ac omnigena funiculi magnitudo, multum variat. *Arterie umbilicales*, ut plurimum duæ, nonnumquam unica, ex hypogastricis proficiuntur, inter peritonæum & expansionem tendineam muscularum abdominalium ascendunt, umbilicum transeunt, & fune ipso venave longiores, tum ad nodulos (quasi valvulas HOBOKENI) exprimendos coguntur, cursuque gyris, præsertim

pro-

propius fetum, vulgo sinistrorum circa venam umbilicalem plerumque multoties intorto, speciem atque nomen funiculi inferente, placentam petunt. Hanc ingressæ, & vel in truncum communem junctæ, vel singulæ, vel sœpius anastomosi ampla communicantes, in ramulos, etiam serpentinos atque nodosos, innumerabiles continua subdivisione centuriantur, finesque ultimos radiculis venæ umbilicalis continuandos committunt. Hæc igitur vena, arteriis fettis in placentam emisis multis tuidine virgularum exceptricium infixa coepit. Surculi & rami ejus, spiris arteriolarum molliter curvati, in truncum ipsum correptunt, qui via inter arterias funis parum contorta ad umbilicum & hepar fetus tendit, partì visceris hujus anteriori fosam umbilicalem imprimit, continua fissuram intrat, ibique substantia hepatis plerumque contentus, ligamentoque suspensorio sustentus, in brachia duo dividi solet, alterum majus hepatici & ramo venæ portarum sinistro impertiens, alterum minus, Canalem vel ductum venosum ARANTII vocatum, & nato infante occæcandum, in venam cavaam recta mittens. Capacitate vena umbilicalis ambabus arteriis talitem respondet, & quemadmodum uteri venæ valvulis caret. Substantiam funiculi propriam corpus spongiosum ex tela cellulosa peritonæ ortum, liquore limpido, Whartoniano dicto, qui, cum funis enixus absinditur, guttatum modo emanat, oppletum, constituit. Copia liquoris hujus crassitudinem ac elasticitatem intestinuli determinat. Sed natura ejus investigationem optandam elapsa est; quod enim illud, aliquot dies in aëre libero suspensum, instar aquæ communis evaporando, siccum relinquat, parum inde fluit. Involutum funiculo firmum est, tam ex ipso corpore spongioso, quam & præcipue ex chorio & amnio, intime quasi in unicam membranam ad plurimam partem connexis, natum; plurimam inquam, quia binæ hæ tunicae prope placentam non aliter, ac in ambitu ovi, inter se aliquantulum distant, & ad partum gelatinam fibi

interpositam adhuc habent; quapropter antiqui (o) Procesum Infundibuliformem amnii loquebantur. In umbilico cutis & epidermis abdominis eum integumento funiculi, qua annulus terminans, conjungitur. Vasa lymphatica in funiculo umbilicali non pauci viderunt; sed aliis fide etiam dignis vestigia eorum reperire impossibile fuit; visa ista igitur suboles minus constantes materie cellulofæ, quæ substantiam funis conficit, fuisse, facile opinemur. Neque nervi, nec glandulæ in secundinis apparent. De illis verba Ill. HALLERI (p), funiculum umbilicalem describentis, addere liceat: "Nemo accuratorum incisorum in funiculo, & minus etiam in ejus parte ad placenta pertinente, nervos vidit, compertumque est, eas partes sensu carere."

§. VI.

Liquorum ovi, quibus fetus circumfunditur, indolem & scaturigines existimatro anceps dubiorum caligo oboritur. Lymphæ, qua amnios scatet, copia primæva, molem embryonis pondere multoties superans, nonnisi ratione ad hanc inversa adaugescit, circa finem primi trimestris in æquilibrio esse fertur, & ad partus horam pondere fetus sexies circiter & ultra in trutina vincitur. Ceterum descriptiones liquoris ejusdem eo redeunt, ut oculo armato globulos minimos exhibeat: utque primis graviditatis temporibus limpidissimus, deinde potius albidus, numquam vero, nisi injuria, aliis coloribus notatus, postremum sordibus coagula referentibus turbatus; tamen, si per chartam bibulam coletur, tum quoque limpidus, sed calori aquæ ebullientis expositus opacus: tamen vix non

vi-

(o) ALBINI Acad. Annot. Lib. I. Tab. V.

(p) L. c. Lib. XXIX. Sect. III, §. XIX.

viscidus: sapore parco blandus, subsalsus, vel more serì la-
tis subdulcis: odore etiam perlevi carni animalium recenter
mactatorum, vel vapore sangvinis nuper detracti similis,
at si ad ignem bulliat, fragrantiam albuminis durescentis
spargens: pondere specifico aquam paululum supercan-
dens: in multis ideo nutrientibus corporis humani latici-
bus varii ordinis compar sit; tamen omnium aquosissimus,
& præfertim ultimo mense levis ac fluidus. Etiam lumen
indagatione chemica Liquoris amnii, quam VAUQUELIN &
BUNIVA (*q*) (sed proh dolor! non in singulis gestationis perio-
dis, ut comparatio fieret) insituerunt, collectum vestigia parti-
um constitutivarum digniorum, & in his magna principii al-
buminosi indicia in illo prodit. Circa featurigines liquoris
amnii quoniam conjecturæ primitivæ, eum fetus salivam, nari-
um mucum, sudorem vel urinam esse, jam diu in ventos abie-
runt, neque genuinam ejus originem in fetu facile suspicatur,
qui præter analogiam ovulorum subventaneorum vel hydati-
dum æqua lance perpendit, copiam ejusdem laticis ad molem
fetus inverse relativam tempore, quo ipsa embryonis formatio
incipit videtur, maximam esse, & ratione, qua novellus augmi-
na sumit, perpetim minui; nobis non restat, nisi ut amnios
eum forinsecus accipiat. Sed quibus sui locis ipsum bibat,
sciupulus residet. In principiis tantum de cavo chorii, villis
absorbentibus instructi, eum quidem haurit, & capacitas uteri
tunc temporis major, quam ut ovulo mox oppleatur, nobis
pignori est ad confirmandum, copiam liquoris chorii non so-
lum quo sanctuarium ovi defendat, sed & quo ad formationem
embryonis conferat, tum prævalere. At vero cum placenta
suboritur, præcipuum liquoris amnii aditum in illa patere, col-
lectio ejus in ovis animalium, quibus membrana decidua: non
ad-

q) Vide Föreläsnings i Djur-Chemien af J. J. BERZELIUS. Sednare
delen. Stockholm. 1808. § 78.

adstruitur, indicat, non secus ac vascula, quæ integumentum placentæ ovo conditum ex fruticibus vasorum umbilicalium, tela cellulosa devinctis, aggrediuntur, & iter aquæ in' allato experimento Monroiano amnion intus irrorantis forsitan plurimum determinabant. Neque absonum a fide habemus, notabilem portionem substantia spongiosa funiculi, cum cellulosa fruticeti placentæ fetalis procul dubio conjuncta, excipi, & per involucrum intestinuli exsudare (r). Sed natura deciduae veræ ubique eadem ac in placenta, vasa ejus etiam rubra, quæ certe non omnia placentam respiciunt, species deciduarum primo barbata, filamenta ista, quorum ramuli deciduae veræ, trunci chorio nituntur, materiesque ipsa amnii & Chorii peritonæo vel aliis ejusdem farinæ membranis analoga svadent, ut ovum in omnibus suis periodis, nec modo prima, ambitu sui universo succos de mediatrice membrana corrogare, censemus, & virtutem absorbentem amnio in placenta vel funiculo umbilicali concedere, in chorii cavo abnuere haud pareat. De Liquore Chorii minus adhuc expeditum habemus. Tamdiu, quam ovum, persistit, & limpiditine continua gaudet. Sed prout spatum ejus amnio celerius crescente detrahitur, spissior fit, & tandem parcus instar glutinis membranas, ut monuimus, interjacet. Opinio de scatebris ejus nobis probabilius ex dudum allatis liquet.

§. VII.

s) Memorabilis casus, cl:o CLARKE observatus, de Philosophical Transactions for the Year 1798, Part. 2. p. 361, cura ampl. REITZ redactus, in Archiv für die Physiologie 4 B. p. 457 legitur: Infantis sani in lucem editi placenta fetalis corpus durum, capsula inclusum, pollices quatuor cum dimidio longum, tres latum, tantumdem crassum, unciasque septem ponderosum fovebat. Massa tumoris interna firma, carnea, æquabilis, reni scislo compar erat. Capsulam vasa hinc & illinc pereruptabant, quorum pluria minora corpus tumoris, majora aliquot largitate pennæ olorinæ funiculum umbilicalem ingrediebantur. Liquor amnii vero mensus fere duos complevit congiros Anglicos (Gallons) Winchesterensis mensura.

§. VII.

Adhaec *Vesicula Umbilicalis*, HUNTERO *Alba dicta*, mentionem exposcit. Spatio triam mensium post conceptum tum præ umbilico embryonis, tum ad alteram extremitatem funiculi umbilicalis, inter chorion & amnion in tegmento sive funiculi sive placentæ amnio plerunque arte adhaerens visa est, nonnumquam liberior in chorii liquore fluitare reperitur, deinde evanescere solet. Ovata, limpida, tenuis, embryonis verso primordiis major, fluidum sensim spissescens ac albens continet. HUNTER illam subinanem vidit, ut fluidum istud omne in singulas ejus partes premere potuerit, & triam albam per exiguum ab illa in funiculum ingredi, tota via sua tam extra, quam intra funiculum amnio incumbere, aliquando fluidum eiusdem speciei, ac illud in vesicula ipsa, etiam ultra citroque premendum, fovere, pluries vero imperviam instar ligamentum obvenire, quandoque umbilicum suggeridi, saepius autem, postquam magnam portionem funiculi permensa fuerit, in hoc evanescere, se observasse retulit (s). Alii quoque vesiculam ope filamenti flavidi cum intestino tenui embryonis cohædere, judicarunt. Et ratum tandem fecerunt, eam vasculis binis, quæ funiculum pervagantia cum mesenterio communicant, & nomen *omphalo-mesentericorum* habent, pertexi. Utriculum hanc hominis amplæ isti *Tunicæ Allantoidi* in ovis ceterorum mammalium, quam pro receptaculo urinæ putarunt, analogam esse, olim censuerunt. Notabilis etiam non potuit non videri *Uratetus*, qui ex fundo vesicæ urinariæ umbilicum ascendens, in funiculo mox filatim sinditum & evanescit, sed tamdiu, quam vesicula umbilicalis adeat, semper, in ætatem infantilem, juvenilem vel ultra interdum canaliculatus, eum fetu incrementata capit, præterquam quod aqua, vaginam, ei a tela cellulosa.

s) L. c, pag. 26

sa peritonei impertitam, & diu laxam, completere nonnumquam grandescit. Apud fetus quinuemestrem vel semestrem, teste cel. SENAC filamentis quatuor simplicibus, magis magisque in unum quasi coalescentibus, constat, quæ, ubi cystidem urinariam tangunt, partem hujus superiorem amplexæ inferioris fibris muscularibus immerguntur. Jam autem in fetu obturari solet. Ex ordine igitur naturæ ita constitutum esse videtur, ut urachus tantum in primis homuli formandi periodis officio ductus, postea meri ligamenti, fungatur. Et quædemum cuncte vesiculae umbilicali humanæ cum allantoide tunica brutorum quoad functionem primævam analogia intercedat; illius ævum breve, quo urinaria cystis nondum evolvitur, stolidam de commercio lotii mentionem cohibet. Quin ergo verisimile est, vesiculam nostram umbilicalem tunice erythroidi mammalium quorundam, itidem vasorum omphalo-mesentericorum ope cum mesenterio, nequaquam vero cum vesica urinaria conjunctæ, respondere, atqui formationem embryonis sub apparationem placentæ & funiculi umbilicalis, forsitan cūdimentum intestinorum immittendo, præmodulari.

§. VIII.

Nutricios succos, opera providæ sollertiaisque naturæ sibi suggestos, nascendus homo propria virtute excipit. Impulsum mense externum Anatomia secundinis abnuit; & qui e pseudo-membranis inflammatoriis, molis, alia ut prætermittamus, dicit, materiam animalem cavis corporis nostri vitiœ commisam, e statu fluido in solidum commutatam, ali, vasisque, cum parte corporis illam includente non directe cohærentibus instrui posse, haud stupeat, quod productum illud Chemiæ Animalis sempiterno ordine regulare media sibi integrando necessaria jam ab initio sponte attrahat. Primordia constitutio-

nis

nis organicæ penitus introspicere aciem anatomicam fugit. Nam si vel neoterica opinio, quod primam embryonis substantiam, insulosam puta nubeculam in latice ovi radicati visam, globuli peregrini in vasa mutandi (*t*) magna ex parte conficiant, ulteriore experientia confirmari potest: si vel de utroque nutritiōnem promovente systemate, nervorum & vasorum, illud, ut auctoritate, sic matuore efficientia valere, tamen etiam vasa in primis organis solidescētis corporis esse, venasque prius quam arterias adornari, ratum habebimus: & nobis quoque est certissimum, partes novelli nutritiōne formandi alias ex aliis nasci; quis tamen, in primis si cogitaverit, alimonii vias in corpore hominis adulti non sine cura oculo persequi licere, se in masula embryonis pellucida, vix non liquida, hebdomadibus septem post conceptum elapsis adhuc gelatinosa longe alias eas, ad formam modumque perpetuo novatas, distingvere posse, speret? Considerantes vero, omnia circa embryonem jam ab initio esse in commodum absorptionis disposita, structuram ipsius embryonis, utut exstat, bibulam esse, tum etiam telam cellulosam vasis lymphaticis sedem atque substantiam non modo præbere, sed & iisdem adeo refertam esse, ut nullibi ab eis libera habeatur, avide inferimus, telæ hujus materiem, in embryone cito creatam, nutrimenta ejus primo imbibere, & hujusmodi negotii cpe valis absorbentibus, dein pro re nata perficiendis, instrui. Quod de propria oeconomia animali, quæ corpori humano carceribus uterinis condito, a futura vitæ ratione alieno, nutritiōnem in mortem usque unica serie peragendam reservat, notum habere possumus, omne recitare arctæ opusculi hujus limites nos vetant. Pauca autem momenta ad propositum nostrum maxime spectantia afferamus, singulos nutrimenti accesus ad fetus perfectiorem postea examinaturi.

C

He-

t) AUTENRIETH Handbuch der Empirisch. Menschlich. Physiologie, Tubing. 1801, 1 Th. §. 23. Item SPRENGEL l. c. §. 533.

Hepar, quod latices fetus a placenta reduces excipit, & quodammodo aptat, pergrande est, primo multilobum, atque sinistra pars ejus cum dextra magnitudine fere æquipar. Etiam Cystis fellea, ab intestino initium ducens, ampla est, & tenui bile scatet. Ventriculus in fetu parvus est, &, præsterim qua proprietor origini, liquore pituitoso, deinde, ut videatur, parciore dotatus. Intestina tenuia fluidum viscolsum, deorsum obscurius & spissescens, continent. Intestinum cæcum qua tale in homine nascendo nondum exsistit, sed appendicula ejus veriniformis quasi ad initium coli hæret. Intestina crassa in universum quoad amplitudinem in priore graviditatis dimidio tenuibus æqualia sunt; atqui in altero capacitatem maiorem genuinam inducto meconio nascuntur. At singularem respectum Glandulæ sic dictæ *Thyroida*, *Thymus*, & *Suprarenales* libi vindicant; quatenus summa granditate atque succorum plenitudine apud fetum pollut. Tum enim Thyroidez, forsitan æque ac in adulto magna, & pro ratione molis suæ arteriis pluribus majoribusque, quam pars corporis alia illa, prædita, vesiculis piliformibus superne passim notata, ductibusque parvis, non solitariis, sed variantibus, commercium cum aspera arteria, larynge, & radice linguae habens, fluido ad secessionem cadaveris flavidò viscidulo, vel, ut dixerunt, oleoforo turget; atqui annorum decursu fere exsucca evadit: Thymus, tertio conceptus mense haud ultra lineam unciam longus, nona pollicem cum dimidio obtinet, & albido vel lacteo succo abundat; progredientibus vero nati hominis annis, ipse sensim absorbetur: Suprarenales glandulæ, etiam Renes Succenturiati, atque Capsulæ Atrabiliares vocatae, frequentia arteriarum ex phrenicis, renalibus, & ipsa aorta florentes, renibus majores, ovatae, situ inter marginem renum superiore ac dia phragma elato, nec non succo clariore rubello vigent; sed in adulto collapsæ sunt, quasi proprius ad renes admotæ, & disiectæ liquore fusco tantum dignatae apparent. Quomodo autem

tem commodis fetus nutriendi viscera hæc serviant, varia sunt judicia. Pro conditoris vel diverticulis ea habere haud sufficit. Amplius SCHREGER adminicula esse videntur, quibus vires systematis valorum, &, quas illud possidet, glandularum lymphaticarum, nutrimenti excipere atque elaborare nondum valentium, peragantur (*u*). Alii sanguinem fetus in organis illis mutationem, qua ratio intestina elementorum idonea servatur, experiri arbitrantur. Thymi usum præcipuum cel. HILDEBRANDT (*v*) quidem prohibet esse, ut cavum thoracis pro pulmonibus, post navitatem infantis explicandis, sat amplum teneat. At MCHAELIS (*x*), vasa lymphatica funiculi umbilicalis remetiens, verisimile judicat, thymum lympham, quam vehunt, excipere, & in commodum fetus convertere; quoniam viscus idem apice uno vel duobus umbilicum spectat, viciniasque loci, quo vasa lymphatica venas salutant, sursum versus petit. Et VAN OKEN papillas mammarum utriusque sexus nutrimentum fetui per thymum immittere voluit (*y*). De rebus lucecentiatis opinionem VALSALVÆ, esse eis commercium cum partibus genitalibus, neoterici restituerunt. Sed quia generatrix facultas in fetu non evolvitur, alii coævi usum eorum primum in conformatione sanguinis potius laudant. Ad organa respirationis in fetu aditus aëri non patet, aliud vero fluidum, nimirum liquorem amnii, in iis moveri, creditur. Id quoque cel. WINSLOW ex copia

C 2

u) Allgemeine Medizinische Annalen des Neunzehnten Jahrhunderts auf das Jahr 1801. Maj. pag. 323.

v) Lehrbuch der Physiologie, Erlang. 1809. §. 681.

x) Allg. Med. Annal. 1801. Maj. pag. 322.

y) Allgem. Med. Annal. 1806, August, pag. 695.

pia liquoris hujus asperam arteriam fetus opplente, ex contractione relaxationeque alterna muscularum abdominalium, & expansione iudicem cum remissione alterna thoracis nariumque, in ovo animalis viviscti per membranas evidenter conspicuis, nec non ex strepitu leni ovi voluerium ultimo incubationis tempore ad aurem aucupantem admoti colligere voluit (z). Numne vero nifus illi ad respirandum viciniori aeri adscribi posunt? & strepitus causa numne in putamine rumpendo latet?

§. IX.

Funiculus umbilicalis præcipias auras maternas fetum nutritias importat. Ut vero harum indoles (a), sic etiam dis-

a) Medicinsche National Zeitung für Deutschland &c. 1759. N:o 39.
pag. 614.

b) Oxygenium de sanguine matris ad fetum funiculo umbilicali vehi, plurimi jam putant (Facilem rei explicationem etiam in Zoonomie oder Gesetze des organischen Lebens, von E. DARWIN aus d. Engl. übersezt &c. von J. D. BRANDIS. I Th. 2 Abth. 1795 pag. 381 sqq. habemus) Sangvinem ideo in vena umbilicali floridorem, quam in arteriis funiculi, esse volunt, quid? quod se id vidisse perhibent. At vero cel. AITKEN (Principles of Anatomy and Physiology. London 1786 Vol. II. pag. 150) haec habet: "I have made three experiments on the human foetus, by tying the cord in two places, and opening the vessels between the ligatures, in order to discover, if there be a difference of the colour of the blood in the veins and arteries, and found it more florid in the arteries, than in the veins; contrary to what has been supposed." Et in Annal. d. Enth. Lehr Anst &c. von OSIANDER 2 B. 2 ff. legimus: Dass arteriæ blut einer neugebornen frucht unterscheidet sich nicht von dem venosen blut in der farbe; denn beides ist immer dunkel gefärbt, und es gehören zehn bis funfzehn minuten freyes atmen und

dispositio propria, vi cuius ille mandatum dictum parentis natura exsequatur, in controversiam venit. De supra commonitis quidem liquet, cellulas placentæ commercium sanguinis directum inter matrem prolemque præcludere, & proinde, funiculo umbilicali tantummodo principia nutrientis laticis in fetus traducenda committi; at nondum inter omnes constat, utrum hæc umbilicali vena, an vasis lymphaticis (vel his forsan analogo corpore ipongiolo funiculi) ingerantur, an vero utraque via mediante metam contingent; nam coævos acumen cel:mi SCHREGER (b) fuscitavit, cum in epistola ad ill. SÖMMERING data de functione placentæ uterinæ asseruisset, sanguinem fetus placentam non ut ibi augmina sumat, sed ut carbonico elemento tum in ista, tum & in primis in hepate alumni liberetur, frequentare: sanguinem maternum succos nutricios fetus in cellulas placentæ quidem secernere, at ipsas non percurrere, sed venis placento-uterinis itidem ut in cetero corpore excipi: vasa lymphatica vero alia utero allegata carbonicum a fetu in cellulas easdem dimisum matri reddere, alia umbilicalia ad hepar fetus ferre, quod pro illo in placentam congeritur, ut ibidem cum lympha ab extremitatibus inferioribus visceribusque abdominalibus reduce commixtum mediante ductu thoracico in sanguinis orbem perveniat. Hujusmodi theoriam Author lumine rationum sequentium collustrat: quod nimurum placenta, antequam formata fuerit, sanguinem nullum contineat: quod in cotyledonibus

"Schreyen des Kindes hierzu, bis man eine Änderung in der Farbe des Blutes wahrnehmen kann. BARZELOTTIS Meinung, dass nicht der Sauerstoff, sondern vielmehr der Stickstoff das Prinzip der Irritabilität sey, erhält dadurch viele Wahrscheinlichkeit."

b) Bibliothek for Physic Medicin, og Oeconomie. Udgifvet af C. G. RAFFN &c. 7 Bind. pag. 313 sqq. Item Med. Nati. Zeit. für Deutsch. &c. 1799 pag. 1114 sqq.

bus ruminantium, etiam si pars ovo obversa rubeat, uterina laticem non purpureum, sed album lacteumque soveat: quod situs placentæ ad orificium uteri non continuam inferat sanguinis fluxionem: quodque periculum cellulas placentæ per vasa uteri & hæc per eas injiciendi in cadavere ad putredinem properante potius, quam in recente succedens, materies ex vasis uterinis artis ope intrusa, locis singularibus conglobata, nec omnes cellulas petens, sed si per arterias immittitur, plures cellulas, quam si per venas urgetur, implens, nec non vena transiit pigmento rudiori massæ injectæ haud concedentes indicent, arterias placente-uterinas, et si ostiola aperta porosæque inorganicos in cellulis habeant, has tamen prætergredi, & in venas continuis parietibus abire: quod porro omnis secrecio ubicunque corporis nostri ceteri sive gatis, sive roris serosi forma procedat, nullibi vero sanguinem verum, ne quidem in menstruo fluxu fano, exhibeat: quod sanguinis vasis diminutus aut neutiquam, aut modo lentissime resorbeatur: quod venis in universum ostia biantia, ad absorbendum necessaria, defint, & non modo experimenta Hunteriana circa vasa lymphatica tubi alimentaris, sed etiam quæ Autor ipse quoad cutem & vesicam urinariam omni, qua pars est, cautione fecit, pluriesque ac vario modo iteravit, (locis citatis referuntur) docuerint, ejusdem generis vasa, minime autem systema venosum absorbente negotio fungi; neque sit, ut venis uterinis in placentam exorrectis deflexum ab ordine naturæ sempiterno imputemus, cum ipsos enuntiatos sinus venosos in utero gravo, ex quibus venas sanguinem arteriosum imbibere creditum est, pro cavis cellulosa & venarum distractione fibrarum vel alio modo obortis facile habeat, qui, quantum numero ac forma varient, quin immo nonnunquam defuerint, pendit; neu ex capitate venæ umbilicalis majore, quam arteriarum, quibus respondet, ad virtutem illius absorbentem inferre liceat; quia ratio eadem inter venas & arterias in uni-

universo corpore exstat; neu ex albido liquore, qui, funiculo reflecto, cum tangvine profluit; is enim, nisi ex vasis lymphaticis simul percisissem emanaverit, lympha est in sanguinem nondum commutata, & apud plures vaccas inter parturiendum mortuas non modo in vena, sed in arteriis quoque umbilicalibus, Auctori vita; neu ex rubidine sanguinis in vena umbilicali floridore, in arteriis obcuriore; quoniam sanguis arteriosus carbonicum in placenta amittit; postquam vero MICHAELIS & WRISBERG notionem vasorum lymphaticorum in funiculo umbilicali observationibus fide dignis evolverunt, æquum jam sit tribut: aeterni traductionem a placenta ad fetus istis, non venæ umbilicali, adscribere; quia ceterum observata de concrementis in venulis umbilicalibus, atque de vasis sanguineis in funiculo multifariam nodosum testimonium necessitatis, ut fetus mediantebus vasis lymphaticis nutritur, præbere videntur: quia venæ in placenta, si vi absorbente ostiis pervris nitente gauderent, tamen de vulgari massa sanguinea particulas ad consilia nature aptissimas feligere non posset: quia tandem fetus, quibus placentæ pertenes, tere membranaceæ, valorum sanguinisque maxime inopes erant, nihilominus maturi & habitu admodum pleni fuerunt. De theoria hac speciosa euidem sperandum est, ut dubia, quæ perspicacem HUNTERUM fugere potuerunt, in lucem veritatis proferat. Ubi vero fabricam funiculi umbilicalis nutrimentum homulo adducentem tangit, calculi, quos Auctor subduxit, ad fidem faciendam minus pollere videntur. Nam, cetera ut ob angustiam loci omittamus, si vel functionem venarum ex corporibus cavernosis penis clitoridisque, forsan quoque ex renibus succenturiatis, absorbentem a compensatione excludi oportet, & vicisitudinem particularum, quæ substantiam cerebri intimam tela cellulosa, & propterea vasis lymphaticis, ut videtur, orbam constituunt, in medio relinquimus; tamen a necessitate longe abest, ut fabrica radicularum venæ umbilicalis legibus omnino iisdem, quæ in venulis pro-

prii

prii corporis nostri exstant, obstringi censeatur. Ne quidem vasa lymphatica vulgo patulis ostiis, sed intermedia telæ celulofæ materia, quæ ipsas ampullulas Lieberkühnianas intestinorum implet, absorbent. Quid tum impedit, quominus tenuissimi venæ umbilicalis surculi, quamquam arteriolis continui, virtute vasis lymphaticis analoga fruantur? Numne frequentia hydatidum in sanguineis vasis umbilicalibus inclinationem quandam eorum ad indolem lymphaticorum prodit? Et, cum etiam ex sententia ipsius SCHREGER carbonicum ab arteriolis umbilicalibus cellulas placentæ occlusas ingredi potest, curni auræ maternæ via inversa easdem, & porro venulas saepe laudatas penetrare valebunt. Quod autem præsertim per rubram venam in fetum immigrant, ex obscuritate lymphaticarum in funiculo umbilicali, ad evidentiam & largitatem earum in uterina placenta, membrana decidua, aliquique comparata vix non effici posse, volumus; ut in hypothesin de villis absorbentibus in fructiceto placentæ umbilicalis supra obiter commemoratam nosmet haud ultra immittamus.

§. X.

Portulas cutis ad alimoniam fetus majus, quam vel recentiorum pluribus placuit, momentum habere, existimamus. Principiis simplicibus, quorum coniunctiones nutritionem nostram in quacunque ætate moliuntur, integrum statum, ut ad materiam solidam recte constituendam apta teneantur, singulares ingressus reservant. Nam ea lege imperium nutrientis sanguinis occasiones longe alias ipsis determinat, ac si prius, quam vi vitali corporis subjiciantur, concurrent. Natum igitur hominem particulæ ad nutritionem necessariæ non modo per alimentarium tubum, sed etiam per pulmones cutemque ingrediuntur. Et quidem cuti humanæ multitudo est valerum lymph-

phaticorum, quæ juxta poros exhalantium ostiolis gaudere, ex eo saltem in sulpicionem venit, quod hydrargyrum vivum vasis lymphaticis injectum per eas exprimere interdum licuerit. Pilorum quoque beneficio ista commercium cum atmosphæra habere, verisimile est. Sed de cetero epidermide plane operta apparent. Magna eorum apud natum hominem efficacia, testimonii experientiæ clara, omnem dubitationem nobis tollit, quin corpuscula magni in subtili illa animali oeconomia ponderis avide ingerant. Quo longius autem a termino incrementi attingendo distamus, eo vividius vasa lymphatica illa, quorum est nutrimenta colligere, in universum agunt, tamen ordine mutuo ita obligata, ut actio eorum in altera superficie corporis impendio sui in altera augeatur. Si vero natus homo externo habitu nutrimenti sustentacula capit, id de nascendo ultro putandum est, cujus propriæ oeconomiae in aquoso complexu principia, quæ ex vinculis uterinis emislus aliunde bibt, adornata sunt. Molem liquoris amnii a substantia embryonis ordientis integumentum vesiculosum quidem disjungit, nec ideo tamen percolationi atomorum obstat. At enim homulus, ut appareat, diu ea subvectione absque formatis vasis lymphaticis fructus; & simulac præsto sunt, neque efficientiam eorum naturalem, etiam apud fetum periculorum auxilio compertam (c) abauere, nec impedimenta illam cito frustrantia affingere fas est. Ipsæ commutationes, quas cutis

D

fe-

c) Cel. VAN DEN Bosch ex altero cornu uterino cuniculi prægnantis vivisæ effluentem liquorem amnii in vase quodam collegit, eique pullum ab altero cornu eductum, indiciis vitæ (circuitus sanguinis) orbum, & ligaminibus circum partes extremitatum anteriorum supernas obstrictum, immersit. Vasa lymphatica in posticis extremitatibus inconspicua erant; sed sociæ in membris obligatis cito turgescerant, &, laqueis solutis, visum fugiebant, Allg. Med. Ann. 1805 Maj. pag. 367.

fetus, non secus ac liquor amnii gradatim patientur, opinioni nostris respondent. Nam quo propior orui fetus est, vel quo magis in illo absorptio haec viget, eo insigne copia, puritatis & sinceritate liquor amnii gaudet. Pullolans lanugo vim absorbentem cutis novelle, cum vernix caseosa (quam VAUQUELIN & BUNYVA pro albumine in adipem quasi degenerato haberunt) (*a*) si aceedit, sublebat. Sed aequae aequae epidernis perflator & minus penetrabilis evadit, vernixque ista adaugscit, nec non exporrecta lanugo recedit, liquor circumfistens quoque vilis, quasi decompositus, hancque indignus reperitur. Nique raro observatum est, copiam liquoris ejusdem majorem pro fetu iniuncto, quam pro vegetiore, ad partum emanasse,

§. XL.

An nutrimentum fetu ab amnii liquore per tubum alitentarium, & quo pacto, adfluat, determinatu haud facillimum est. Dispositio systematis chylopoieti i apud infantem aliquamdiu lactatum, habitui earundem partium in fetu collata, negotium cum deglutitis multum in utero non fuisse, satis prodit. Appetitus ille, vi cuius recentior infans mammæ admotus cito fugit, brutorumque progenies in ubera materna spontaneo motu vertuntur, non meræ consuetudini primarum viarum, sed potius auctoritati æris, pulmones cutemque occupantis, tribuendus appetit. Ill. HALLER (*e*), testimoniis multorum adductus, quidem retulit: "Ore aperto fetus quadrupedum visos esse, & humani fetus similita exempla cl. viris frequenter occurrisse: nill frequentius esse, quam pullos videre media

d) Allg. Med. Annat. 1801. Junii pag. 411.

e) Elem. Physiol. Lib. XXIX. Sect. III. §. XL.

"dta in sua aqua leniter se motitantes: se ipsum eosdem mo-
"tus & exsertam lingvam, & os aperiri claudique, in qua-
"drupedum etiam catulis vidisse, qui integris membranis clau-
"si, humore amnii circumfusi erant: in avibus certe ingluviem
"et ventriculum lacte coacto repleri, quale fere nascitur ex al-
"bumine spiritu vimi coagulato: liquorem amnii reperiri in
"matibus fetus, ore, faucibus, gula, ventriculo animali, &
"continuato ductu subiisse, ut in unam continuatam glaciei
"istriam a labiis ad ventriculum abierit: eundem (ac in ventri-
"culo avium, cui magis caseosus est, quam ingluviei), humo-
"rem esse lacti similem, quem infans nuper natus vomuit, cum
"nullum cibum tumisset: Amnii humorum utique esse, qui in
"ventriculo reperitur, non quidem mucum oris fanciumque,
"vel sola copia ejus demonstrari, quae ad triginta & quadra-
"ginta uncias in vitulo visa est: sed omnino verissimum esse
"amnii humorum, aliis argumentis vinci: & primo pingvia
"ista caseola coagula humoris amnii, quae per eum frequenter
"natant, non raro in ventriculo reperiri: porro fetus in amnio
"minime raro faeces alvi deponere, certe porcum, vitulum,
"ovem, damam, aves, & denum hominem fuscas, per sua si-
"gna certas, faeces egesisse: ejusmodi faeces non infrequens
"esse in ventriculo fetus reperi: nunc seybala rotunda ne in
"ventriculo quidem adulti animalis nasci; necesse adeo esse
"per alvum egesta, nunc per vias deglutitionis in amnii ca-
"vum venisse: & ne difficultius homini quidquam dubii super-
"sit, pilos, quos vituli de suo corpore lambentes amnii hu-
"mori adansuerunt, in ventriculum visos esse recipi, ut cum
"meconio & cum faecibus miscerentur, unaque de alvo exi-
"rent: deglutiri absque respiratione adeo male negari, ut cum
"respiratione adeo male negari, ut cum respiratione deglutiri
"nequeat; sic mediis in aquis submersos mortales, et si non
"semper, plerumque tamen aquam deglutire, eaque ventricu-
"lum plenum reperiri, ut moribundis, & de aqua extractis

"ex ore defluat: & omnino non posse fieri, quin id deglutiat fetus, quod trans lingvam in fauces venit." Vestigiis HALLERİ fidenter ingerens est cum aliis ampl. MARHERR (*f*); nuperiusque cel. ABILDGAARD & HERHOLDT in fetu vitulino, SCHEEL autem in humanis ventriculum liquore amnii scatere invenerunt (*g*). Laudes investigatorum, quos citavimus, grata memoria prosequi convenit; sed dubii tamen haeremus, an non major ista liquoris amnii copia ventriculum praeter solitum vivae naturae ordinem ingrediatur. Nisi enim statuendum sit, eam ad partum vomitu ejici; obscurum videtur, curni semper ad sectionem cadaveris tenelli adfuerit. MONRO (*h*) se tenerimos fetus ad dissecandum aptos examinasse indicavit, nullum vero liquorem amnii in tubo alimentari agnoscere voluit; quin contra dixit, se in conceptibus vaccinarum liquorē hunc fuscum, ventriculi laticem aquae instar pallidum, & aliquando versa vice, vidisse, atque experientia (*i*) persuasum esse, adi-
tum

f) Praelectiones in H. BOERHAAVE Institutiones Medicus Tom. III.
pag. 703. sqq.

g) Med. Nation. Zeit. f. Deutschl. 1799. pag. 616.

h) L. c. pag. 411 sqq.

i) Cavum oris fetuum variorum adaptaverit, &, apice linguae caute depresso, radicem in palatum elevatum comperit. Radicem linguae depresso, tum pro situ ejus velum pendulum subtus concavum esse, nariumque aperturas præcludere, inventit. Per infundibulum ori fetus immisum aquam in ventriculum vacuefactum injicere tentavit; sed absque successu, etiam si lingvam depresso, & fetus erectum teneri fecerit. Multos fetus ita suspendit, ut capita cornua essent, nullum vero liquorē de faucibus effluere vidit, nec aliquem in canale dissecto invenit. Acu paracentetica amnion pluriū vitulorum, dum in uteris includebantur, punxit, per cannulam lac intrusit, pluresque homines fecerit uterum tum constanter, tum alterne fortiter comprimere; lac autem, licet cum liquore amnii intime commixtum fuerit, in ventriculum neutiquam venit. L. c.
pag. 415 sqq.

tum liquori amni ad pharyngem non patere: quibus eximie addidit, sordes albidas in ventriculo visas ibidem creatas fuisse: meconium genuinum, teste ipso HALLERO, in tenuibus intestinis repertum esse, nec non a recens nato vomitu ejectum, potius igitur de ventriculo in cavum amni, quam modo inverso, ductum: pilos etiam in aliis visceribus, omento, organis urinariis, corde, arteriis &c. crevisse: & aortam descendenter, ventriculo cordis utroque impulsam, tantam secretio nem in futuris primis viis, ad officium suum posterum jam praeparandis, quidem efficere posse, ut extraneo liquore amni ea fine non indigeant. Argumentum HALLERI ex analogia avium d sumtum fallaci calculo niti, plures probarunt, in quibus LEVEILLÉ descriptione anatomica ovi volucrum admodum curata commonistratum voluit, pullum inclusum nequaquam organis digestoriis, sed vasis omphalo-mesentericis, &, quod Auctor ipse denominavit, meningo-cardiaco opitulantibus, nutrimentum accipere (*k*). Non autem fetum idcirco omne nutrimenti supplementum per os repudiare censeamus. Quousque structura prima faucium obstracula accedentibus undis opponat, nos fugit. At vero pristinis sollertes Dani WINSLOW, ABILDGAARD, SCHEEL, HERHOLDT, & RAEN resonant (*l*), qui studio coniuncto & experimentis pluries iteratis, cavum oris & narum oesophagum, ventriculum, tubas Eustachianas, cava tympanorum, asperiamque arteriam apud fetus humanos diversae aetatis, ac bruta fluido, quod in primis in trachea liquori amni colore, sapore, globulis contentis, indicisque chemicis pluribus simile est, utpote idem, scatere, viderunt. De cetero rationes nobis sunt colligendi, fetum, cum ad maturitatem properat, negotium deglutitionis tentare. Nam, si vel ambiguum ha-

k) Archiv f. d. Physiol. von REIL. 4 B. pag. 413. sqq.

l) Medicinsch-Chirurgisches Journal von D. J. CL. TODE. 4 B. i H. pag. 77 sqq. Item Med. Nat. Zeit. f. Deutschl. 1799. Pag. 614. sqq.

habeas, utrum motus isti lingvæ & rostri, HALLERO commemorati, atque supra narrata respirationis phenomena in semi-nudo fetu voluntatis imperio, an ambitu novo aëreo ovi excitentur; tamen lingva fetus in uteo demortui labia quandoque interjacens situm suum, quem MONRO descripsit, in complexu maticis mutabilem jam esse, loquitur, & vestigia suctiōnis vel pressionis inter mandibulas, quæ digiti infantum recens natorum perhibent, indicio esse videntur, nascendum hominem modum, quo in lucem editus alimentum capiat, tandem moliri. Sic haustibus alias exiguis, alias forsan largioribus facile bibit. Ne quis latices, in ventriculo neonati ad disquisitionem anatomican repertos, a liquore amnii abhorrete, vel parcos ut plurimum esse, objiciat; pituitam gastricam, bilem, aliaque redundantia, vomitum primum, nec non efficientiam vasorum absorbentium in extincio aliquantis per persistentem memoria refricemus. Liquoris in asperam arteriam & cava tympanorum illati non eum solum scopum esse, ut vices aëris ad respirationem quodammodo exhibeat, & pressui membranarum tympanorum, quem liquor amnii extrinsecus facit, relistat, sed etiam ut in nutrimentum vertatur, ex materia albumen referente, tracheam pulli anatis, & aliorum volucrum nondum exclusi, ABILDGAARD & VIBORG testibus, opplente adhuc colligere licet.